



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 157. Argentinensis Episcopi caussa in Synodo ventilata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

ctaret, quos Synodus ad se mittere de- Sæcul. XV.
buisset, qui tamen non comparuerunt. A.C. 1415.
Hæc epistola data est Recineti die septi-
ma Octobris.

§. CLVII.

*Argentinensis Episcopi causa in Sy-
nodo ventilata.*

Argentinensis Episcopi caussa aliquam- *Ibid. p. 551.*
diu Patrum sollicitudinem fatigavit.
Præsul iste, cui nomen Guilielmus de
Diest, jussu suorum Canonicorum, & Ar-
gentinensis Magistratus Molshemii com-
prehensus fuit, eoquod bona quædam
Ecclesiæ alienare meditaretur. Elector
Palatinus, ad querelas Episcopi Synodo
oblatas, Nationum coetum coegit, ut de
mediis hanc caussam absolvendi delibe-
rarent. Ultro citroque ad Concilium
missi fuere Advocati; Canonicorum ac
Magistratus Causidici exposuerunt, Epis-
copum ideo detentum, quia periculum
esset in mora, ne castrum Bernense, & op-
pidum *Zabern* seu Tabernæ Alsaticæ di-
ctum alienaret, & pro certa pecuniæ sum-
ma, ad ducendam uxorem impendenda,
quibusdam fæcularibus venderet. Sub-
jungunt, eundem Episcopum jam ultra
viginti castra Argentinensis Ecclesiæ a-
lienasse, & hoc ære emisse terras, quas
jure proprio possideret, Verbo, octodecim

Sæcul. XV. illis annis, quibus hanc Ecclesiam ut
A.C. 1415. Episcopus, quamvis necdum Presbyter
esset, rexerat, omnia dictæ Ecclesiæ bo-
na dilapidasse. In fine petierunt, ut Con-
cilium Ecclesiæ hujus libertates ac immu-
nitates conservare, & illatorum damno-
rum reparationem urgere velit.

Advocati ex parte Episcopi minus fe-
liciter caussam dixerunt, & finaliter pe-
tierunt, ut Concilium monitorias expedi-
ret literas aduersus eos, qui Episcopum
detinere ausi sunt. Cognita caussa, An-
tiochenus Patriarcha declaravit, decre-
tum fuisse, quod sexdecim Commissarii,
quos inter quatuor Cardinales effent, no-
minarentur, interea vero Præful ex car-
cere dimitteretur. Capituli Advocatus
acceptos habuit Commissarios, sed Epis-
copi liberationem acceptare noluit, nisi
saltem Capitulo cautum esset, de castro,
& urbe dicta non alienanda. Hinc
caussa ad aliam congregationem remis-
sa est.

§. CLVIII.

Congregatio Nationum in caussa Re- formationis Ecclesiæ.

Ibid. p. 556. Die 19. Decembris, Joannes Nason Ger-
manæ Nationis Præses vehementer
urgebat, ut Concilium Simoniam repre-
meret, & Hieronymi Pragensis caussam,
cujus